

externum sacrificium. *Bellarmin. l. 5. de Eucharistiâ.*

Deinde docent in cœnâ offerri corpus & sanguinem Christi, ut *Concil. Trident. Sess. 6. c. 9.* docet. Hæc duo manifestò pugnant. Nam sacrificium externum & propriè sic dictum est visibile, & incurrit in sensus: Corpus Christi autem in cœnâ non videtur. E. non erit externum sacrificium. Porro:

*Quodcumq; dogma apertè contradicit scripturæ, illud non est acceptandum:*

*Dogma Pontificiorum de Missâ apertè contradicit Scripturæ:*

*E. dogma Pontificiorum de Missâ non est acceptandum.*

*Major non eget probatione. Minor confirmatur ex Hebr. 10. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Christi ἐφάπαξ semel factam. Item c. 8. & 9. per proprium sanguinem ingressus est semel, ἐφάπαξ in sancta, æternâ redemptione repertâ &c. unâ oblatione.*

*Pontificiî a. dicunt: Christum in Missâ quotidie offerri, non unâ, sed innumerâ*  
L
obla-